



PRECUM.

Consule Tit. Preces non exaudita. CUSTODIAE.

H' pars supra, id est, Phani ostium, proverbio arcinebatur, tibi quis frustra servasset aliquid. Natum ajunt à Phano quodam usurario, vel ut ali dicunt, caeco, qui cum cetera penaria ostium ita obstruxisset, ut cura sitipitum non quiret aperiri, tamen à ministro aperitum est, subitumque penu. Alii narrant, hinc Phano uxorem fuisse parum spectatae fidei, quam quod is haberet adulteri suspectam, arri fores se occlusit, ut non nisi cum fridore sonitumque possent aperiri. Verum illa cum per regulas reciperet adulterum, vicini per jocum dicebant, h' pars supra. Erasmus in Adagiis.

OPERIS MAGNIFICI.

PERIANDER Isthmum tentavit perferre. Mirantibus cepti audaciam, respondit: Maxima parva divitias, id est, Cura omnia potest. Laert. & Erasmi in Adagiis.

CLEOPATRA post cladem Actiacam opus aggressa est, audent & grande. Isthmum, qui mare rubrum dirimit ab Aegypto, qui etiam distinguere Aiam & Africam putatur, quam maxime ab utroque stringitur pelago, & coarctatur, ut non plus trecentis stadiis pateat inlatum, adorta est trajicere classe, demissisque in sinum Arabicum cum magna pecunie vi copiis & navibus, sedes querere remotas, servitorem & bellum refugium. Ceterum quia primas naves, quae subvehebantur, Arabes Petrae inflammarunt, & Antonius exercitum terrestrem Actiacum existimavit adhuc integrum esse, destitit caepo, atque ostia Nili stationibus sepsit. Plut. in Antonio.

ACRIPPA Judaeorum rex, muros Hierosolymorum adversus omnem humanam vim inexpugnabiles facturus, Claudii principis interdicto impeditus fuit. Josephus lib. 9. c. 7. Antiquit.

INSIDIARUM.

MAXENTIUS tyrannus Roma contra Constantinum Magnam egestus, pontem supra Tiberim ex litribus ita contabulavit, ut subulis ferreis, quibus ab utraque ripa distinebatur, revulsis, facile solvi posset, si quis recingere vellet. Praecipit autem fabricis, ut cum primam exercitum Constantini, pontem sui insequendi causis, concendisse vidissent, subulas laxarent, ac pontem secundo ire flumine sinerent. Post paulo Constantinus aciem instruere cepit, qua re animadvertit, idem quoque Maxentius fecit: verum, ut eventus istum ostendit, imperitissimè; nam in ripa annis ita consuevit, ut nemo suorum evadere, nemo gradum referre, & si opus esset, praelium redintegrare posset, cum à fronte armis, à tergo Tiberi arceretur. Adeo vero magnus erat exercitus, ut ultra, quam prospici posset, extera acies pertinere: tanta porrò subsidiarum atque ordinum firmamenta erant, ut acies non portector, quam robustior, validum murum utrinque praeberet. Acri commisso praelio Maxentius, ubi equitatum suum in fugam versum conspexit, & ipse per pontem ad urbem redire maturavit, quem secuti effusis, sive ponte ingentem molem non sustinente, sive propter angustias tantam multitudinem excludente, omnes in flumen precipites abiere. Cum alios annis haulisset, Maxentium etiam cum equo & armis insignibus, frustra conatum per abrupta ripae ulterioris evadere, idem corruptum gurgite devoravit; & aliorum quidem corpora atque arma praecipit fluvius volvens devexit, illum autem eodem, quo extinxerat, loco tenuit. Sign. lib. 2. Imp. occid.

BAJAZETES Duces cum in colloquium venissent cum Temiris sive Tamerlanis Tartarorum regis forsibus, eos promissis accenderunt, daturi imminentem argenti vim, si circulo acto in eam castrorum partem, ubi vincitus asservabatur Bajazetes Turcorum tyrannus, emensissent, eumque inde eripissent. Fodientes itaque veritus castra & tentorium, tandemque propentes, vilita custodiibus, capti sunt, & interfecti. Chalcocondylas lib. 3.

DIGNITATIS ACQUIRENDÆ.

HADRIANUS Cornetanus Cardinalis, Leonis X. mortem expectabat, ex oraculo fatidicae mulieris, quae constanter affirmarat, fore, ut Leonis immatura morte sublato succederet vit fenex. nomine Hadrianus, obscuro navis loco, literarum studiis insignis, qui sacros honores gradatim sola nixu virtute meruisset. Haec omnia sibi uni aperit congruere putabat. Nam Corneto, infami Tulcorum ora oppido, familia tenui, & propè fordida, ortus, uno bonarum literarum beneficio, singularum factorum Ordinum dignitates fuerat consequutus. At ficuati vetulae oraculum fidem non sefellit, ita Cornetanum

sefellit; neque enim ipse Leoni successit, sed Hadrianus fenex E. Batavus, egeni officis filius, doctrina illustris, post Leonem Pontificatum est adeptus. Jovius in Leoni's vita lib. 4.

THESAURI INVENIENDI.

Invaluerat aliquando fama apud vulgus Atheniensem, in Hymetto monte magna auri fragmenta videri, quae à formicis illic pugnacibus servarentur. Itaque quidam creduli summis armis exierunt illas expugnaturi; qui quum re infecta, frustra-que sumpto labore, redirent in urbem, irridi sunt à ceteris civibus, illud obtreccantibus, quòd si in Hymetto, id est. Tu credebas te futurum aurum. Meminit hujus rei Eubulus in fabula, cui titulus, Glaucus:

Hicis nos adhas nequissimas iterando, laboras eis unquam exoritur aurum, Kai avon est iurpukas iurpou toion, si xerostadon apykat' apykat' id est, Quondam viris nos Cecopridis perissimus, Sumptis ut armis montem Hymettum incurrerent, Contraque formicas cibaria iridant Ferrent, velus fragmentula auri suffillis Apparissent. Erasmus in Adagiis.

CN. POMPEJO contra Donitum cum sex legionibus in Africam à Sylla missis, propè Carthaginem ajunt rem accidisse ridiculam. Inciderant milites aliquot in thesaurum, ac magna vi argenti erant potiti. Re vulgata, locum eum alii omnes existimaverunt argenti plenum esse, per superiores Pannonia clades ibi reconditi. Nihil igitur uti Pompejus militibus potuit, permultos dies thesauros scrutantibus, sed obambulatit ridens, cum contempleretur tormilia in fodiendo & vertendo caupum occupata: quoad deposita spe, dixerunt Pompejo, Duceret quòd liberet, satis se pannoniarum dedisse stultitiae suae. Plut. in Pompejo vita.

EXPEDITIONIS BELLICÆ.

ZELIUS Imperator Turcarum, Astrachan Tartariae regionem occupaturus, anno Domini 1569. 20. Martii die, ex Constantino poli exercitum ingentem Turcarum 25000. equitum, & Janiziarum 3000. euxinae navis classis centum quinquaginta tremibus, & multis velocibus constabat. His demum omnes Horde Tartarorum Praecipitum, ex mandato Imperatoris, adjuncta sunt, 80000. equitum excedentes. Junctis viribus, longissimo eoque periculosissimo campestri itinere, multis fluvii & paludibus speratis, ad Azoph pervenerunt, omni comineaturo prosus consumpto. Vix tandem per campestris & Hordas Tartarorum Nabaiensem, & Circassorum Quinquemontanorum, infestissimo itinere, ad Astrachan v. Septembris pervenerunt, xxiv. hebdomadas cum fame & siti laetati. Vix bis mille Constantino poli ex toto exercitum infecta redierunt. Alexander Guagninus in Tartaria.

URBIS OCCUPANDÆ.

CLEOMENES Spartanus, à Ptolemao Philopatore in carcere coniectus, conspiratione cum amicis tredecim facta erumpendi, Ptolemao fortè Canopus profecto, primò vulgaverunt rorem, liberari cum à rege custodia. Deinde quòd in more regis esset, ut quos erat carcere soluturus, & cum his & muneribus mitteret: amici multa talia apparatus miserunt foris in urbem Cleomeni, quò circumvenirent custodes, quia ista missa putabant à rege; quippè sacrificavit & participavit eis hæc liberaliter, impositaque corona accumbens cum amicis epulatus est. Fama est autem, maturius eum, quam influmerat, ad rem exequendam erupisse, quòd percipisset, servum unum ex factis conficis, foris cum molere, quam amabat, cubuisse: ac metuens iudicium, cum meritis esset, & custodes sensisset ex temulentia sopitos, induit unicum, ac futura ex decreto humero aperta, strictoque gladio, eiecit se domo cum amicis pariter instructis. Tredecim hi erant. Hipopotus, qui erat claudus, primo impetu erupit cum eis sacriter, quos ut lentius sui causa pergere vidit, petiit, ut interficerent se, neque hominem inutilem expectando cepta committerent. Forè Alexandrinorum quiquam equum prater januam ducebat. Hunc abstulerunt, impositoque Hippota, cursu lati sunt per plateas, plebemque vocaverunt ad libertatem. Hinc ad arcem contendunt eo consilio, ut carcerem effringent, uterenturque custodiarum manu. Verum maturaverunt custodes diligenter fores obturare. Ita ubi hoc lapsus conatu Cleomenes est, palatus est vagabundus per urbem, neque ei quif-

A quisquam adjuvni se, sed fugerunt trepidaveruntque omnes. Igitur à cepto desistens, atque ad amicos fatus: Nihil famè miri est imperare feminas, viris libertatem refugientibus: hortatusque cunctos est, ut vitam dederent, sicut se rebuffus gestis esset dignum. Primus Hippotas precibus à quodam ex junioribus obtinuit, ut occideret se. Mox aliorum quique aequè & intrepidè seipsum intererit, praeter Pantea, qui Megalopolim primus olim ingressus erat, cum à Cleomene caperetur. Huic, quem Cleomene rex specie formosissimè, & juvenutis diciplina praeter aequales optime institutum amaverat, praecipit, cum ipsum atque altos vidisset jam occubuisse, tum sibi conficeret mortem. Omnibus jam humistratis, accedens Panteus, & pugione singulos fodiens tentavit, num quis adhuc fortè spiraret. Cum Cleomenem quoque in planta pedis punxisset, atque advertisset, faciem cum contrahere: oculum illi tulit, inde ascedit ei, hinc exanimem jam complexus, semetipsum super eum confodit. Plutarchus in Cleomene.

VITAE Romam obsidente, Gothi silentio noctis homines per aequè ductum interitum immiserunt. Qui cum ad medium urbis venissent, & locum eum, unde alias in curiam decens erat, Belariti providentia obstruunt repererunt, lapide quodam extracto, infecta re, discesserunt. Quoniam autem lumen per aqueductum visum à Vigilibus Romanis auditiv, licet illi lupi oculi se vidisse iactarent, explorari aqueductum praecipit. Speculatorum, cum lucernarum & facum vestigia repererunt, & locum notarent, ut lapidem extraxissent, dolum hostium reulerunt; itaque post aqueductus intentiore cura est custodius. Ubi dolus Gothis non processit, vis teatata est; quippè hora prandi praeter opinionem ad portam Pincianam venerunt, ut, dum omnes averti in cibum essent, muros invaderent. Quos ubi vidit Hildigerus equitum praefectus, cum suis occurrit, eosque in fugam convertit. Clamorem autem excepto, cum Romani ad muros advolavissent, Gothi in proxima castra se receperunt. Ne vi quidem felicem eventum adepta, Vitiges iterum ad fraudem se contulit. Fratres duos Romanos, qui ades propè Sanctum Petrum habebant, pecunia data corrupit, ut vinum custodiibus ejus loci donarent, & potentibus eis, singulis poculis medicamentum ad saporem inducendum, quod ipse dedisset, infunderent: & in altera fluminis ripa lembos cum milibus praeparavit, qui custodiibus somno capitis, flumen trajicerent, & ad motus scalis in murum ascenderent; atque in eam occasionem exercitum universum instruxit. Sed res ab altero fratre Belariti prodita, effectum non habuit: alter frater naso & auribus delectis ad castra Gothorum dimissus, ipem eorum infirmavit. Sign. lib. 18. Imp. occid.

RESPECTU EFFICIENTIS.

Frustrati, v. c. FORTUNA, CASU.

PERSA SIRAMGES mirantibus, quòd cum dicta ejus prudentiae plena essent, nihil gereret prosperè, Verba sua, ait, in arbitrio suo esse, in fortuna & regis gesta. Plut. in Apph.

THEAGENEM Thebanum, qui Epaminondam, Pelopidem atque optimates pro libertate patriae imitari studebat, communis Graeciae fortuna ad Chazoneam delituit, vincentem jam & insequentem, quod sibi oppositum in acie fuerat, comu. Plut. de Virtutibus mulierum.

MITHRIDATES à Lucullo virtute frequenter superatus, infidiis cum appetit per Adathanem quendam. Receptus ille tanquam transfuga à Lucullo in gregem equitum, cum frequentibus excursionibus promptam & enixam operam exhiberet, fide acquisita, tempus elegit: quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabat, praetoriumque secretus praestabant. Casus adjuvit Lucullum. Nam qui ad vigilantem urbem admitti solebat, fatigatum nocturnis cogitationibus illo tempore quiescentem invenit. Cum deinde, tanquam nunciaturus aliquid subitum ac necessarium, intrare vellet, & pertinaciter à servis valetudini domini consulentibus excluderetur, veritus, ne suspectus esset, equos, quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus. Franc. lib. 2. c. 5. & Plut. de Lucullo.

PERFIDIA HUMANA.

PETRUS FULGOSTUS, cum Genue principatum obtineret, Aragonii Alphonsi regis Siciliae armis pressus, Carolo VIII. Gallorum regi, ejus quem ipse hostem habebat hosti, urbe

atque imperio cessit. Cæterum cum Caroli ministri promissa non praestarent, iusto necessitate colore compulsus, bellum ei longè minore militum numero intulit, quam Galli essent, qui rerum in urbe potiebantur. Igitur per muros urbem ingressus Salutus anno 1459. pridie Idus Martias, cum militum profecti imperata non fecissent, solutus militum ordinibus, duobus solis comitatus, à quibus haud multo post delertus fuit, armatus atque equo insidens iusticia hasta inter medios hostes viam stravit, & solus urbis longitudinem emensis est. Postquam vero clausam portam invenit, retro in urbem conversus, multis vulneribus cum equo confossus, in mediis hostibus corruit. Fulg. lib. 3. c. 2.

NAZZARIUS Felix Rex Zejamum Mequineziae in Mauritania regem regno expulerat. Is ad regem Lusitaniae Emmanuelem se contulit, eique fidem dedit, se perpetuo in illius potestate futurum, atque perfecturum, ut quam plurimas civitates mediocri classe expugnaret. Emmanuel, quòd autor Rex esset, & iusto odio commotus, Mauro fidem adhibuit. Itaque classem non valde magnam festinanter instrudendum curavit, eique Joannem Menesium praefecit anno M.DV.III. Cæterum cum Zejamus pro more gentis fidem fregisset, Azamoram urbem quam obederat, relinquere coactus Menesius, educta in altum classe, in fretum Gaditanum cursum tenuit. Quòd non humano consilio, sed divino motu & infinctu factum fuisse, postea à multis sapientissimè indicatum fuit. Quin etiam Zejami fraus, & Regis Emmanuelis in illa classe comparanda celeritas, & Azamorae alieno tempore & parvis copiis oppugnandae partim sapiens cogitatio, non abique consilio numinis providentia, quae Emmanuelis rebus favorebat, suscepta fuisse videbatur. Nam dum hæc geruntur, Felsenius ut Arizlam obfederet, exercitum tanta dissimulatione coegerat, ut nemo id futurum conjicere posset, antè quam acies explicatas, & maximis munitionibus & bellicis instrumentis armatas aspiceret. Habebat autem sub signis equitum 20. millia, pedum vero millia centum atque viginti. Arizlam expugnavit, Lusitanos, qui in arcem fugerant, archa obfisione cinxit eamque oppugnasset, nisi Menesius cum classe supervenisset. Orosius lib. 5. rerum Emm.

Æ T A T E.

CAROLUS MAGNUS tabulas & codicillos in lecto sub cervicalibus reponere solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum effigiantis literis confuaceret. Sed partim successit labor serò inchoatus. Crantz. lib. 2. Saxoniae, c. 8.

M O R T E.

Vide Titulum, Mors immatura.

C. JUL. CÆSAR de oranda instruendaque urbe, item de tuendo ampliandoque Imperio, plura ac majora in dies destinebat. In primis Martis templum, quantum nunquam esset, exstruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiae spectaculum ediderat, Theatrumque summae magnitudinis Tarpejo monti accubans: Jus civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quaque & necessaria in paucissimos conferre libros, Bibliothecas Graecas & Latinas, quas maximas posset, publicare, data M. Varroni cura comparandarum & dirigendarum. Siccare Pontinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire à mari supero per Apennini deorsum ad Tiberim usque: perferre Isthmum: Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coercere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi antè expertos aggredi prælio. Talia agentem atque meditantem mors praevenerit. Suetonius.

RESPECTU EVENTUS. Huc

Frustratio.

FELIX, FORTUNA.

Consule locum Felicitatis.

Quidam à cane aberraverat, & lapide icerat nocerant: Ne sic quidem, inquit, malè. Licet enim eorum quae praeter voluntatem acciderunt, fortunam corrigere. Pulvis fuit in exilium Diogenes: ne sic quidem malè. Quippè philosophari in exilio est auspiciatus. Plut. in Tranq. animi.

CITIENSIS ZENONI navis erat una reliqua oneraria. Quam ut accepit cum mercibus peritisse fluctibus hauliam, Bene sanè, inquit, agis, Fortuna, quae ad pallium obsoleto illud me & ad Stoaem redigisti. Ibidem.